

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 29**

**Paulus <Diaconus>**

**[S.l.], [3. Drittel des 9. Jh.]**

Evangelienlesung nach Lucas; beatus Gregorius: Homilie zu der  
Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-20440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-20440)



LECTIO SCILICET  
CILLI SECUNDVM  
LVCAM

In illo tempore. Exiit edi-  
ctum a cesare augusto. ut  
describeretur uniuersus or-  
bis. Hanc descriptio prima  
facta est a praeside syriae  
cyrino; et ibant omnes. ut  
paterentur singuli in sua  
ciuitatem. Ascendit autem  
et ioseph a galilea de ciuitate  
nazareth. in iudeam ciuita-  
tem dauid quae uocatur  
bethleem. eo quod esset de  
domo & familia dauid. ut  
pateretur cum maria despon-  
sata sibi uxore pregnante.  
Factum est autem cum es-  
set ibi. impleti sunt dies  
ut pareret. Et peperit filium  
suum primogenitum. &  
pannis eum inuoluit. et re-  
clinauit eum in presepio.  
quia non erat eis locus indi-  
uerferio. & reliqua.

lib. mon. aug. maior. 1R  
OMELIA BEATIGRE  
CORIIPP DE EADEM  
LECTIONE

Quia largiente dno mis sa-  
rum solemnia ter ho-  
die celebratum sumus. loqui  
diu de euangelica lectione  
non possumus. Sed nos ali-  
quid breuiter dicere. re-  
demptoris nostri natiuitas  
ipsa compellit. Quid est  
quod nascituro dno mundus  
describitur. nisi quod a peste  
monstratur. Quia ille appa-  
rebat in carne. qui electos suos  
ad scriberet in aeternitate.

Quo contra de reprobis. per  
p prophetam dicitur. De-  
lectantur de libro uiuentium.  
et cum iustis non scribantur.

Qui bene etiam in bethleem na-  
scitur; bethleem quippe  
domus panis interpretatur.

Ipsc namq. est. qui ait. ego sum  
panis uiuus. qui de caelo descen-  
di. Locus ergo in quo dñs na-  
scitur. domus panis ante. uo-  
catus est. Quia futurum. p-  
fecto erat. ut ille ibi per mate-  
riam carnis appareret. qui





electorum mentes interna  
 satietate reficeret. Qui non in pa-  
 rentum domo sed in uia nasci-  
 tur ut profecto ostenderet. quia  
 per humanitatem quam ad-  
 sumptum quasi in alieno na-  
 sceretur. Alienum uidelicet  
 non secundum potestatem dico.  
 sed secundum naturam. Nam  
 de potestate <sup>et</sup> scriptum est. in p-  
 pria uenit. In natura etenim  
 sua ante tempora natus est. in  
 nostra uenit extempore. Quia  
 ergo aeternus per manens tem-  
 poralis apparuit. alienum est  
 ubi descendit. Et quia per p-  
 phetam dicitur. Omnis caro  
 foenum. factus homo. foenum  
 nostrum uestit in frumentum.  
 Quidem semet ipso ait. Nisi gra-  
 num frumenti cadens in terram  
 mortuum fuerit. ipsum solum  
 manet. Unde et natus in prese-  
 pio reclinatus. ut fideles omnes  
 uidelicet sancta animalia carnis  
 suae frumento reficeret. ne ab  
 aeternae intellegentiae pabulo  
 ieiuna remanerent. Quid est hoc.  
 quod uigilantibus pastoribus  
 angelus apparet. eosque claritas  
 dei circum fulsit. nisi quod illi  
 praeteris uidere sublimia  
 merentur. qui fidelibus gre-  
 gibus praesse solliciti sciunt.

Quomodo ipsi pie super gregem  
 uigilant. diuina super eos gra-  
 tia largus coruscat. Regem  
 uero natum angelus nuntiat.  
 eiusque uoci angelorum uoci  
 concinunt. & conlaudantes  
 clamant. Gloria in excelsis  
 deo. et in terra pax hominibus  
 bonae uoluntatis. Prius quippe  
 quam redemptor noster per  
 carnem nasceretur. discordiam  
 cum angelis habuimus. A quo-  
 rum claritate atque munditia.  
 per primae culpae meritum per  
 cotidiana delicta longe dista-  
 bimus. Quia enim peccando  
 extranei eramus ad deum. extraneos  
 nos a suo consilio deputabant  
 angeli ciues dei. Sed quia cogno-  
 uimus regem nostrum. recog-  
 nouit me.

Quare  
 tempore  
 laudat  
 in  
 die  
 cant.

Quare  
 tempore  
 laudat  
 in  
 die  
 cant.

In matutino dampnatur tempore xpe.  
 Quo matutini cantant tempore spalm.  
 Quando resurrexit. primam cantat ordo fidelis.  
 Tercia omni cantat. et est cruciatamina passus.  
 Sexta sunt tenebre per mundi climata facte.  
 Est nullus nona diuinus spiritus hora.  
 Vespere clauditur. et tunc membra sepulchro.  
 Christo uisus tena custodia ponit hora.  
 Prima rubens unda. Rans tabesq. sed a.  
 Inde eulge uultu per multa noemox. itit.  
 Quinta uoce strauit. uelica lera cant.  
 Pone subit grandis. per prudens de nefando.  
 Nona regit solo. prima negat ultima ple.